p. 11b, 44. post mortem eius ostendit. Nameius fecca mar-

6e

libertate sancte ecclesie, ipse prostravit Castrum pagenum, Castrum Raymundum atque Sussanum ac Braulinum, Cassacum stravit ad ymum et Cavolerum prostravit. Hic Pizzanum, Cedebrium atque Venzonum licite subjecit Aquilegiensi eccle-sie et Sacillum muro munivit. Hic fieri fecit ac depingi capellam, in qua iacet, sepulcrum eius marmoreum quo conditur fieri fecit; ipse cultor iustitie, amator pauperum pupillorum viduarumque protector, rediens a Roma in anno Jubileo a suis emulis in Richinuelda interfectus fuit Anno dom. 1350 sexto Junii in Utinoque sepultus multis miraculis coruscavit post mortem, ut habetur in miraculis suis, sicut patet. —

(35) Nicolaus patriarcha (Boemus sedit annis VII mens. VIII diebus VIII.) Hic de mandato pape ex commissi-oneque institiam fecit de omnibus qui fuerunt occisionis et mortis causa predecessoris sui Bel-trandi, aliquibus caput amputari, aliquibus membra dividi et sic morte turpissima mori. Hic cum copioso exercitu amplexatus est Patriam, virilis et audax in operibus suis, ecclesiam suam nec non patriam bene gubernavit. Tandem mortuus et sepultus in Utino in sepulchro predecessoris sui Beltrandi.

(36) Ludovicus patriarcha sedit annis III. Hic de la Turre ratione qui pro tuitione sue ecclesie a duce Austrie capitur et quam plures nobiles cum eo et usque ad Viennam ducuntur, qui timentes sententiam capitalem clam recesserunt et ad patriam venerunt. videns dux, quod illusus esset ab eis, dimisit patriarcham eumque associavit usque in patriam. Illo anno obsedit Man-zanum et recepit eum, sed post recessum predictum cum gente sua recuperatum est Manzanum et remansit in libertate.

(37) Marquardus patr. benignus sedit annis XXII. Hic
(Nº 38) primi Karoli extitit comes atque vicarius potens in
cf. sch. p. 38. opere et sermone. Hic pro ecclesia sua cum Venetis pluribus annis guerram duxit, illo tempore legam fecit cum domino rege Ungarie, cum comite Croatie, cum Je-nuensibus, cum Paduano et debellati sunt cum Venetis et multa fortalicia in mari et in terra receperunt eis et vere ad nihilum redegerunt. Idem patriarcha fecit cooperire ecclesiam Aquilegensem sancte Marie Virginis et fecit eam multum bene et pulcre ornare, que multis annis extiterat ruinata et plena vepri-bus et urticis et pessimis herbis propter terre-motum olim factum in conversione sancti Pauli. Imperator contulit eidem patriarche et ecclesie Aquileien. quoddam censum proveniens de Flo-rentia, quod censum solvebatur Florentino im-peratori. Postmodum felici pace quievit anno Domini 1381 die 3. Januarii.

[marginal collations:]
adque C. Pad. — pluribus C. Pad. — redierunt C. Pad. — et multa alia operatus est causa que brevitatis obmitto. C. Pad.! — extiterat C. Pad. — quendam censum C. Pad. — bant C. Pad. — tini C. Pad.

(6)

sancte de C. Pad.
Castrum " " adque Susanum C. Pad.
Braulinum (Braiul. od. Braiul.)
† +++ Pinzanum C. P.
Venzonum

(hic red. C. Pad. in anno domini 1333 sexto Junii
sepulta!

Boemus — VIII dies. Cod. Pad.
al. Pad.

firmam firmam C. Pad.